

EXTRAVAGANTES.

RÈGLVÆ CANCELLARIÆ

Cum alijs quamplurimis Decretis, à

Sanctiss. Patre Pio V. Pontifice

Max. post sacrosanctū Tri-

dentinum Conciliū pro

mulgatis: & simul

hic editis.

Quæ continentur sequēs pagella

indicabit.



CONIMBRICÆ.

Excudebat Ioannes Barrerius.

Cum facultate Inquisitoris & Ordinarij.

Anno. M.D.LXVIII.




# Catalogus contentorum

- ¶ Regulae, Ordinationes & Constitut. Cancellariae.
- ¶ Reservatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.
- ¶ Reuocatio facultatum concessarum Legatis & Nuntijs Apostolicis.
- ¶ Reuocatio licentiarum ac facultatum celebrandi Missas vespertino tempore.
- ¶ Declaratio Concil. Trid. de compaternitate & affinitate ex fornicatione, ac matrimonijs, &c.
- ¶ Et Declaratio Regulae Pij 4. super expressione gradus propinquioris in dispensationibus matrimonialibus.
- ¶ Reuocatio indultorum S. R. E. Cardinalium, cum limitationibus pro futura illorum concessione.
- ¶ Prorogatio expeditionum Pauli Papae 4.
- ¶ Bulla super clausura & reformatione quarumcunq; Monialium.
- ¶ Bulla Papae Pij 4. lecta i die Coenae dñi ano. 1566
- ¶ Bulla super reservatione beneficiorum.
- ¶ Bulla super collatione parochialium Ecclesiarum.
- ¶ Bulla super celebratione festiuitatis Angelici Doctores S. Thomae de Aquino.
- ¶ Reuocatio priuilegiorum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitan. de hospitalibus & pijs locis leproforum.
- ¶ Bulla suspensionis facultatum & auctoritatum conferendi beneficia per resignationem &c.
- ¶ Bulla priuilegiorum omnium ordinum medicarum cum declarationibus, Decretis & Inhibitionibus.

+ bulla sup spolis

+ bulla sup reuocatio privilegiorum ingrediendi monasteria monialium

NOBILISSIMO ET  
SAPIENTISSIMO D.D. MARTINO  
Saluatori ab Azpilcueta, Nauarro: florentissimi  
Collegij Sancti Seruatoris Collegæ, & in  
Salmanticensi academia professori in-  
clito. Henricus Barrerius Lusitanus  
Perp. optat felicitatem.

 *X*trauagātes & regulas  
Cancellariæ, quas nuper  
Sanctiss. dominus noster  
Pius V. Pont. Max. pro  
mulgauit tibi dicare cōsti-  
tui: vt in tui nominis auctoritate, testatū  
esset vniversis: me non lucri gratia, sed pro  
ficiendi rei publice desiderio dedisse operā,  
vt in patris mei charissimi & tibi dedi-  
tissimi prælo æderentur. Nemo enim qui  
me in tua domo educatū, tuis auspitijs op<sup>us</sup>  
ingressū perspexerit, non fatebitur in gra-  
tiā studiosorū omniū, in quorum cōmodū  
omnis tua opera & industria consumitur  
laborē hunc suscipisse. vale Conimbricæ.

Calend. Mart. Anno. D. M. D. LXVIII.

**S**anctissimus in Christo  
Pater, & D. N. D. Pius di-  
uina prouidentia Papa  
Quintus, suorum prædeces-  
sorum vestigijs inhaeren-  
do, normam, & ordinem  
rebus gerendis dare volens, in crastino as-  
sumptionis suæ ad summi apostolatus a-  
picem, videlicet die 8. Mensis Ianuarij  
Anni ab Incarnatione Domini 1565.  
Reseruationes, constitutiones, & regulas  
infra scriptas fecit: quas etiam ex tunc suo  
tempore duraturas observari voluit, &  
quas nos Alexāder Ep̄s Tusculan. Card.  
Farnesius nuncupatus S. R. E. Vicecācel-  
larius die Sabbati 19. eiusdē mēsis Ianuar.  
in cancellaria ap̄lica publicari fecimus.

A Vicecancel.

Reseruationes generales, &  
speciales. 1.

¶ In primis reseruationes fecit similes il-  
lis, quæ in constitutione fel. rec. Benedi-  
cti Papæ 12. quæ incipit Ad regimen: con-  
tinentur, & illas locū habere voluit etiā

A iij. si